



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Didaci Covarrvvas A Leyva Toletani Episcopi Segobiensis
... Opera Omnia**

**Covarrubias y Leyva, Diego de
Antverpiae, 1610**

18 De testibus & iudicum circa eos officio.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-96570](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-96570)

Decimo est optime inquirendum, an ad effectum obtinendi in hoc interdico lite pendente sufficiat possessio illa civilis, que traditur in *l. clam. poss. dere. §. qui ad nudum. ff. de acquir. poss. & profecto, hanc possessionem non sufficere quoad istum effectum tenent Guid. Pap. q. 552. Rebuffus super leges Regias 3. Tomo. tit. de possessoriis materi. art. 2. gloss. 2. & gl. 3. & tamen hi authores loquuntur quoad consuetudinem regni Francie: vbi non potest agere quis ad possessionem, vt ipsi dicunt, ex causa nouitatis, que est similis nostro interdico. contra eum, qui per annum & diem possederit, etiam naturaliter, ac de facto. Quod & Ioa. Faber notat, in d. §. retinenda. Sed & Malluerus in pract. tit. de possessoriis. n. 43. versum pro sola. tradit, non sufficere ad causam nouitatis detentionem: imo requiri possessionem ex supradictis, vt ipse intelligo, civilem, & naturalem.*

Ego vero animaduerto, hoc ideo procedere, quia alter contra quem agitur, est in possessione naturali, que ab eo non est reuocanda lite pendente: sed erit agendum contra illum interdico ordinario, & possessoriis: nempe, vt de vi, aut, vii. possid. tit. Hoc enim dicitur ratio, que ex litis pendente priuilegio deducitur. At si quis habeat civilem possessionem tantum, non nudam naturalem, poterit hoc interdico petere pendente lite aduersus eum, qui non est in reru corporaliu possessione. Exemplum traditur in possessione, que ex lege Gallie & vsu transferitur in herede absque apprehensione: atque ita re ista intellexere idem Guid. Pap. q. 552. col. 2. Paul. Paris. cons. 4. lib. 1. col. 4. verb. nec audiendi sum. quem sequitur And. Tiraq. in tract. de mort. saise le vis. part. 6. de cl. 9. quod erit icidè obseruandum ad l. 45. Tauri. [hodie l. 8. tit. 7. lib. 5. Recop. eius ipse memini, aliquot eius interpretationes exponens lib. 3. Variarum Resol. cap. 5.

Sic sane quicquid Malluerus scribat, ipse etiã detinentè tantu aliquã rem defendere hoc interdico, pendente lite: potissimũ ex ratione Iurif. cons. in l. Ar. ibi. & ibi Paul. Cast. ff. de don. & l. off. iur. ff. de rei vend. quia hoc interim dictu, non tam respicit propriam & verã possessionem, quã statum illum rei, qui erat tempore motæ litis, aut paulo ante. Quod perpendere diligentissime debet, quicunque hac in controuersia interloquutus sit, & propria publica authoritate dicturus sententiam. Solet enim varia hac in re contingere questionum disputatio.

Undecimo est animaduertendum hoc interdico, quo in praxi vtitur, obtinere vim, vt lite pendente vtatur quis possessione, quam habet, nec in ea turbetur, etiam si contra eum pro parte aduersa sit presumptio iuris communis. Ita equidem in iure pacendi & eius quasi possessione alieno prædico quod liberum presumitur ab hac seruitute, notat eleganter Anto. Capic. de cis. Neap. 189. asseuerans sic in illo Regio prætorio pronunciatum fuisse. Cui sententiæ suffragatur quod optime not. Panorm. in c. 1. de lite pend. col. 1. vbi scribit, non esse quem turbandum lite pendente in possessione, quam habet, etiam si ei resistat iuris communis presumptio, citat Panorm. ad hoc Innoc. ibi & asserit Dd. eum eo communiter transire. Hæc enim sunt eius verba numer. 8. hoc ipsum probari videtur ex text. in d. cap. 1. & rursus authoritatè Innoc. in c. cum venissent. col. 3. de resit. in integ. qui sentit sufficere possessionem absque bona fide, vbi agitur interdico, vt de vi, aut interdico, vii. possid. tit. Verum opinionioni, quam tradit Anton. Capic. obstat text. in cap. cum persona. de priuileg. in 6. qui probat, non esse quem defendendum in possessione quam habet refragante presumptione iuris communis, donec præscriptionem sufficientem probet & legitimam, nisi ostenderit, & exhibuerit titulum saltem idoneum ad præscribendum. Ergo qui iuris communis presumptionem in sui fauorem habet, eo iure vti poterit, etiam aduersus possessorem, nisi titulus idoneus ad præscribendum fuerit exhibitus. Cui authoritati respondet Capic. eam intelligendam fore, vbi tantum agitur absque summaria probatione possessionis: quod si probetur summam in possessione, tunc inquit, non erit locus decisioni text. in d. cap. cum persona. Imo poterit ex hac summaria cognitione decerni hoc interdico. Hanc interpretationem sic idem author confirmat vt tandem asserat text. illu procedere pendente iudicio ordinario, nondum præmissa cognitione summaria possessionis. Que quidem interpretatio mihi non omnino placet, nam id in cap. cum persona. §. penult. & vltim. satis præmittitur, non sufficere possessionem absque probatione tituli, vt cunque ad præscriptionem idonei, quoties præ-

sumptio iuris communis obstat possidenti. Idcirco tria vel quatuor hac in dubitatione, exponam, vt tandem possit vera resolutio deduci.

Primum vbi de iuribus ad principem iure communi pertinentibus agitur, & quoties pro principe presumptio iuris: tunc sane non est locus huic interdico ex summaria probatione, nisi probetur titulus aliquis, qui valeat elidere saltem ad effectum huius interlocutionis, presumptionem iuris communis. Et enim Rex nusquam litigat sine possessione in his, quæ sibi vt Regi, summo iure conceduntur: vt scribit Petrus Rebuff. in d. tractat. de materia poss. art. 2. gl. 2. nu. 26. & sequent. cui accedit quod nos tradimus lib. 1. Variar. Resol. c. 16. num. 11.

Secundo oportet animaduertere, quod & si presumptio iuris communis sit contra possidentem, & agente hoc interdico, & requiratur titulus ad iustificandam possessionem iuxta responsum Pontificis in d. c. cum persona. erit satis sufficiens titulus aliquis presumptus, qui robur addat ipsi possessioni text. optim. in d. c. cum venissent. de institut. ex quo id notant Panorm. 2. col. & Franc. in d. c. cum persona §. vltim. col. 1.

Tertio, quoties contra possidentem est presumptio iuris communis simplex quidè: vt in iure pacendi, de quo tractat Neapolitana decisio, opinor nõ esse negandũ hoc interdico, quod vetat lite pendente mutari possessionem. Hoc apertius fiet, si quis obseruauerit ea, quæ ipsi adnotauimus lib. 1. Variarum Resolutio. cap. 17. num. 7. non enim censeri debet sufficiens ad perturbandam quasi possessionem alterius lite pendente, presumptio illa iuris communis, quæ cuiusque rei priuatæ libertatem fouet, & defendit à reali, vel personali seruitute.

Quarto non sic respondendũ erit, vbi possidenti resistit valde vehemens iuris communis presumptio, que publice authoritati fauere ac patrocinari videtur, sicuti constat in exemplis traditis à summo pontifice in c. 1. de prescript. in 6. & in d. c. cum persona. sed fortassis quispiam ita constanter conabitur defendere hanc vndecimam conclusionem, vt plane alleueret locum esse huic interdico, etiam in hoc casu: quasi Pontificia decisio in d. cap. cum persona. non obtineat lite pendente, quod ad istam interlocutionem: qua ratione admonendum censeo, etiam si hæc admittatur opinio, perpendam esse possessionem eiusque antiquitatem, & adimnicula, vt non temere pronuncietur aduersus iuris communis presumptionem.

Duodecimo merito in hac controuersia queritur, quid sit agendum vbi vterque litigator probauerit se possidere temporæ motæ litis, & possidisse: Oritur enim dubium, cui probationi sit standum: & sane regulariter ille præferendus erit, qui antiquiorem possessionem probauerit. cap. licet causam. de probationib. tradidit Bart. in l. si duo. in princ. col. 2. ff. vii. possid. idem in l. 1. col. pen. C. eod. tit. Bal. in l. ordinarij col. 4. C. de rei vendic. Paul. Cast. in d. cons. 3. col. 3. Multaque sunt in hac questione consideranda, vt iudex percipiat quæ probatio sit potior ad hoc interdico, explicarunt eleganter Dec. num. 9. Et Augustinus Bero. nu. 45. in d. c. licet causam. & an sufficit probari olim quem possidisse, vt presumatur tempore litis motæ possidere ad effectum huius interlocutionis, ipse scripsi in reg. possessor. de reg. iur. in 2. part. §. 1. num. 4. Nam in incorporalibus est probare possessionem certi temporis: & proximi ante litem motam: vt cenfer Ioan. Faber in §. retinenda. nu. 23. Instit. de interdico. & in rebus corporalibus etiã sufficere possessionis probatio, quæ tempore turbationis obtinebatur, vt hinc presumatur possessio tempore litis, & contestationis. quod in Regio Neapolitana prætorio receptum esse asseuerat Mattheus de Afflic. decis. 394. nisi alter probauerit, se medio tempore possidisse.

CAPVT XVIII

De testibus hoc in loco traduntur alii quot, quæ præ oculis habere debent iudices.

SUMMARIUM

1. Testis an sit repellendus à testimonio ob vilem eius opinionem, & infamiam facti
2. Qui Clericus esse non potest, an sit admitterendus in actum contra clericum in criminalibus?

- 3 Inimicus vel Amicus an à testimonio repellatur: & quoniam modo hæc conclusio sit intelligenda?
- 4 In causa, & lite uniuersitatis, an sit admittendus in testem, qui est eiusdem uniuersitatis,
- 5 Obiectiones contra testes admitti poterunt etiam in causa Appellationis. etiam contra teste: ante sententiam productas
- 6 Testes an sint admittendi super eisdem articulis, & directio contrariis in causa appellationis, & quid ubi agitur de nobilitate, quam huiusmodi dicimus?
- 7 Testis, an possit interrogari de his, quæ ad elidendam testimonij fidem aduersus ipsum obiciuntur?
- 8 Traditur late intellecti l. i. in l. i. G. de testibus. an possit Iudex, etiam delegatus testem etiam exemptum, etiam clericum punire propter crimen, quod inferendo testimonio commiserat.

IN omnibus equidem contentionibus, quæ iudicium sententis sunt omnino definiende, adeo testium fides vrget, & instituit iudicantis animum, vt oportune Iuriscōsultus admonerit in leg. 3. ff. de testibus potissime aduertendum esse, quibus testibus sit adhibenda fides: atque ideo in eo responso commemorat multa, quæ solent & debent explorari diligentissime. Idem admonet Regia l. 208. tit. 16. part. 3. tradit Balan. l. testium col. 3. & 4. C. de testibus. Centum autem quæ considerare debet Iudex in testibus & eorum fide, breuiter tradit Ioan. Bassianus in consuetud. Auernia cap. 8. art. 7. multa etiã ad hæc congerit Augustinus Bero. in c. licet causam. nu. 32. de probat. potissimum integer Testis esse debet immunis ab infamia, à macula, & suspicione. text. opt. in cap. 1. de except. cap. testimonium de testib. Regia. l. 8. tit. 16. part. 3. Quamobrem non grauabor quedam hic adnotare, quæ solent frequenter in discrimen adduci: vt libere quid ipse sentiam, quidve in iudicio probarem, apertissime exponam.

1 Primum video à plerisque aduersus testem obici valem eius opinionem, & estimationem, quæ tamen non procedit ab infamia iuris, sed potius ab infamia facti, quæ deducitur ex eo, quod homines grauitate, & moribus insignes opinionem quandam improbitatis de aliquo conceperunt ob aliquot eius crimina, vel quia fecerit ea quæ fieri non solent ab his, qui integris moribus operam dederunt.

Hæc enim est facti infamia, quæ dubio procul detrahit authoritati, & fidei cuiusque hominis. Quia ratione testimonium eius qui ea est affectus aliquantulum minuitur. text. celebris in c. licet versic. quidam vero de probatio. quem ibi commendarunt Pano. Bald. Fel. & Dec. col. 5. idem adnotarunt Abb. col. 4. & Fel. num. 12. in c. testimonium de testib. ex hoc admonentes, non esse dandam fidem in causis grauib. & maximi momenti, ac præiudicij, his testibus qui etiam si non repellantur à testimonio propter infamiam iuris, laborant tamen infamia facti, & hæc quamuis non repellat quem à testimonio in causis ciuilibus ferendo gl. in l. 3. §. dicitur causa. ff. ad Carbo. in c. testimonium, ver. in hoc casu. paulo ante citato: tamè propter dubiam eius fidem efficit vt in criminalibus & conugalibus. controuerfis & his similibus non sit quis testis idoneus, idemque respondendum erit etiam in aliquot causis ciuilibus, quibus de re graui, & maximo præiudicio tractetur: quod latius examinauimus in epito me ad 4. lib. Decretalium 2. part. c. 8. §. 12. nu. 8.

2 Secundo, illud etiam iudicibus ecclesiasticis exponimus, quod forrassis perpena frequentissima iuris pontificij interpretum sententia, in errorem labi, quenquam permittit. Scripsit etenim Fabianus Papa epistol. 2. ad Episcopos Orientales, non esse testem idoneum in criminali causa contra sacerdotem, eum qui clericus non sit, nec clericus esse possit, ex quo Panormit. & alii communiter in dict. capitul. 1. de except. & Docto in cap. ipsi Apostoli. vbi à Gratiano Fabiani decretum adducitur, quæstio. 8. collegerunt in criminalibus aduersus clericum non esse admittendum in testem, eum, qui tale patiat corporis vitium, quod à promotione, & sacerdotio repellatur quam opinionem sequitur Hyppolyt in Practica causar. crimin. §. nunc videndum numero 52. eamque communem esse fatentur Felin. & Deci. in dict. capitul. ac defendit ipse Dec. tametsi Felin. satis dubitet, nec ausus sit omnino eam improbare. Sed si verum sensum canonum, & legum mentem repetamus, ipsamque rationem cuiusque ambiguitatis moderatricem & interpretem, plane fatebimur hanc opinionem communem non omnino veram esse, vel non ita intelligendam, vt ex aliquo corporis vitio absque vlla animi labe contingenti, fidem cuiuspiam detrahamus. constat etenim in testibus illud potissime esse considerandum, quod Integre sint fidei. dict. leg. 3. & l. 1. ff. de testibus. Fides autem nullam patitur læsionem ex corporis ma-

culis, ægritudinibus, & vitis, sed ex animi labe, eiusque detrimētis: atque ideo non ex hoc minus integer quis testis erit, quod vitii corporis habeat, impediens ordinis ecclesiastici statum. Igitur Fabianus Papa constituens non esse admittendos laicos in testimonium criminis contra clericum: scripsit nec ite eos, qui clerici esse non possint, cū laici essent priorem regulam constitueret, liquidè is qui clericus non est siue clericus esse possit, siue non possit eo insigniri ordine, admitti non debet contra clericum in criminalibus ad testimonium cum criminaliter agitur, secundum communem in cap. tam literis de testi. Si vero clericus non sit, & nihilominus patiatur corporis vitium quod ab initio impediret eum ordinem: profecto non video cur hic sit à testimonio repellendus in causa criminali, quæ contra clericum criminaliter agitur, nisi vitii id corporis ex aliquo crimine, aut aliqua equidem animi labe contraxerit. Sic etenim est interpretanda Fabiani Papæ responsio, quæ non ita exactè glossæ & Doctores ibi intellexisse videntur.

3 Tertio, iudex diligenter expendere debet ipsius testis affectum, vt ex amore vel odio eius fides dubia sit omnino. Præsertim est obseruandum, an testis sit inimicus illius qui eius testimonio conuincendus est, quod Iuriscōsultus admonet in l. 3. in princip. ff. de testib. l. 2. l. quæstio. ff. de quæstio. Authen. de testibus. §. si vero quis dicat. quæ quidem suspicio minime tollitur per Reconciliationem, quoties ea nuper contigerit: non enim statim post reconciliationem erit idoneus iudex aut testis, qui modo erat inimicus: cum ad hoc sit dubium, an remanserint quædam reliquæ odii. Quamobrem expectandum est, vt amicitia longo tempore sit confirmata, & sint oblitterata, & obliuioni tradita omnia inimicitiarum vestigia. text. test. celebris in cap. accusatores in 2. & iii. gl. 3. qu. §. gloss. in cap. per 1. uas. in 1. ver. inimicitias. vbi Anania col. 3. & Felin. col. vltim. de simonia. Innocentian. capit. cum oporteat. col. vltim. & ibi Panorm. col. 2. Anania col. 3. Felin. numer. 4. de accusa. Roman. in singul. 315. lafon. in l. peritissimi C. de iudic. col. 2. Hippol. in l. 1. §. præterea. ff. de quæstio. numer. 4. Anania & Bologninus cons. 17. Aymon. consil. 9. col. 2. lib. 1. & plerique aliorum mementi And. Tiraque. in libello de caus. esse. 2. part. l. 16. numer. 7. ex quib. apparet hanc esse Communem Opinionem, cui obicitur text. in l. Abhæra. §. dat remissionem. ff. de accusat. tutor. vbi nuper reconciliatus inimicus non excusatur à tutela. Huius sane loci autoritate coacti fuere Anania, & Felinus in dicto cap. cum oporteat, fat erit non omnino certam esse communem opinionem omnino text. in d. cap. accusatores: intelligendum fore de eo inimico, qui nondum est reconciliatus est tamen inimicitia nuper contracta, quod nec mihi placeat, nec poterit iure satis probari. Idcirco existimo inimicitiam à tutelæ munere omnino excusare nisi tutor si testamento datus. tunc etenim non excusatur quis à tutela, etiã propter capitales inimicitias, quia qui tutorem Titij filius dat, quamuis Titius fuerit inimicus, visus est omnem prorsus inimicitiam labem, ac radicem à se quidem abicere: eaque reconciliatio præiudicanda est vera, atque immunis ab omni suspicione, vel ex eo tantum, quod proprios filios & eorum patrimonium ei commendarit. Quamobrem quoad ipsum testatorem reconciliatio amicitia integra est, & ab omni libera suspicione, ideoque non est, cur tutor aliquam excusationem iuste præterdere possit ob capitales inimicitias. quia ratione perpena, existimarem ipse mortuo inimico nuper tamen reconciliatio, non posse à tutela filiorum eius excusari quem ob inimicitias, quæ reconciliatione simul & morte oblitterata omnino videntur. Nec est in hac specie ratio illa admittenda propter quam inimicus olim, nuper tamen reconciliatus, repellitur à testimonio. Etenim cessat, vt opinor quia fides detrahitur testimonio, ob veteris & pristinæ inimicitia radice. Sic denique Iustiniani locus in §. inimicitia, Instituit. de excusat. tutor. dicitur ex eo probatur, non excusari quem à tutela propter inimicitias, capitales, vbi reconciliatio contigerit: est intelligendus etiam si reconciliatio paulo ante facta fuerit: quod si post scriptum testamentum capitalis inimicitia orta sit, aut prius est testamentum, sed ea causa is tutor testamento datus esse videatur, vt eo onere, & negotiis vexetur: aliud erit dicendum. Nam excusabitur is à tutela propter capitales inimicitias, quod probat text. in d. l. Abhæra. §. dat remissionem. ff. de excusat. tutor. quem titulum eleganter è Græco in Latinum transtulit Antonius Augustinus vt omnium consensu insignis eruditionis & diligentia.

Quarto iudices admonendi sunt ab eadem affectionis ratione procedere distinctionem illam, qua passim videntur aduocati affuerant, non esse admittendos in testes, vbi de pascuis publicis & communibus agitur, *Incolas, omnes, & oppidanos* illius vrbis, villæ, aut oppidi, cuius nomine vniuersitatis de iure pascendi contenditur, quasi secus sit, vbi de eiusdem vrbis iurisdictione, & territorio ad eam exercendam controvertitur: nam in hac posteriori specie ciues, & oppidani legitimi testes sunt. Prior huius distinctionis pars probatur auctoritate Guidonis Papæ, q. 573, & Specul. tit. de testibus, cuius meminit eum secutus Ioan. Bessians in consuetudinibus Auerniæ capit. 28. artic. 4. quibus suffragatur quod *Communium omnium consensu definitum est in l. parentes, & in l. omnibus, Cod. de testibus, in causa vniuersitatis non esse testem idoneum qui sit de ipsa vniuersitate: vbi tractatur in ea lite de iure vniuersitatis, quod vnicuique priuatim commodum vel damnum infert, Idem notant Bald. consil. 443, & consil. 445, l. 5. Bart. in l. in statu, §. vniuersitatis, ff. de rerum diuisione, quorum opinio communis est, vt fatentur Dec. in capit. in super. de testibus, & Bald. in dicto consil. 445, nume. 9. Franciscus Curtius in tract. de testibus, in c. quando testes repellantur ratione affectionis col. pen. Albericus in tract. de testibus, eod. cap. & ead. col. optima gloss. in eius ratione, in l. sicut in verbo, non debetur, ff. quod cuiusque vniuersi, nom. tradunt omnes in d. c. in super. & in ca. cum nunciis, de test. Gerardus à Petra Sancta, in sing. 24. Croc. in tract. de testibus, n. 131. atque in hac specie, vbi agitur de pascuis & memoribus, expressim hanc opinionem probant Bald. in d. l. parentes, col. vii. Fel. late in d. c. in super. nu. 6. & ibi Decius col. 2. Curti. & Alber. in d. col. pen. Stephanus Auerri. in tract. de reprobatione, testium numer. 91. Alex. consil. 98. lib. 2. num. 14. Bartho. Capolla, de seruitiis, cap. de seruitiis iuris pascendi, n. 18. quorum opinio dubio procul communis est, & eadem probat posteriorem distinctionem partem: nam vbi de territorio, & iurisdictione tractatur in iudicio, admittendi sunt ciues, & oppidani: quia in vniuersitatem commodum ipsum defertur non in singulos ipsius vniuersitatis: quod & idem Guido Papæ notat q. 193. Baldus in d. consil. 445, num. 9. & omnes paulo ante citati post gl. in d. §. vniuersitatis, & in l. idonei, ff. de testib. tex. optimus in l. sed si hoc, §. qui manu mittitur, ff. de in ius vocandi. Quia ratione quociens de pascuis ageretur ab vniuersitate in hunc sane, modum, vt vniuersitas contenderet de pratis quibusdam non ad vsum publicum singulorum, sed ad locationem pascuorum pro anno pretio in publicum grarium conferendo, esset ciuis, & oppidanus in ea causa reus legitimus & idoneus, quod Bald. respondit in c. tertio loco nu. 4. de probat. & sensit optime Capolla in d. n. 18. Hinc denique constat vera interpretatio ad l. Regia 18. tit. 16. part. 3. qua probatur in causa vniuersitatis admittendum esse in testem quemlibet ex ciuitatibus & oppidanis, est etenim intelligenda ea constitutio secundum distinctionem modo propositam. Quia & ipse admonendum esse censo, etiam in huius distinctionis posteriori membro, fidem testimonii non omnino integram esse. Iudex enim equillime arbitrat in hoc: quia negari non potest, non carere testem affectione, vbi pro iure & honore patriæ aut oppidi eius, cuius est vicinus, testificatur: atque ita admonuerunt Archid. in c. 1. 14. q. 2. Fel. & alii in d. cap. in super. & fere omnes quorum modo mentionem fecimus. Anto. Butrius in c. cum nunciis, de testibus, Decius in d. c. in super. num. 7. Alex. in consil. 43. n. 2. lib. 4. tradit eleganter idem Alex. in d. consil. 68. lib. 2. num. 15. Nec refert quidquam, quod vtilitas illius iuris, aut rei, de qua in iudicio agitur, non sit singulorum, sed ipsius vniuersitatis: siquidem affectio ex hoc non cessat penitus: imo adest propter publicum & commune ipsius reipublice, cuius testis membrum, & pars est, euidentem vtilitatem.*

Quinto non erit ab hoc tractatu omnino alienum, quod plerumque controvertitur de tempore, quo admittendæ sunt aduersus testes obiectiones in appellationis examine, aut in secunda, tertiæ instantia, cum in prima, aut secunda fuerint omiſsæ. Etenim iure communi aduersus testes sunt obiectiones, & vitia proponenda ante sententiam, c. 1. de excep. id est, ante conclusionem in causa, c. cum dilectus, de fide instr. c. auditus de procuratori. Idem adnotarunt Abb. & omnes in d. c. 1. de excep. Imo & hæc obiectiones fieri debent ante publicationem regulariter, non post, iuxta distinctionem traditam à Romano Pontifice in c. presentium de testib. Regia vero lex omni equidè casu permittit posse aduersus testes opponi crimina, vitia & defectus statim post testium

publicationem intra sex dies sicuti definitum extat lege 16. [hodie l. 1. tit. 8. lib. 4. Recopilat.] ex legibus, quæ de iudiciali ordine apud Madritum statuta fuere. Hoc ipsum fere olim & Regia lex definierat. l. 1. col. 3. tit. 4. lib. 3. ord. n. [hodie l. 2. tit. 8. lib. 4. Recopilat.] ex quibus apparet qualiter in his regnis sit intelligendum, quod iura pontificia hac de re statuerint. Quod si aduersus testes, quorum publicatio facta sit non fuerint oppositæ exceptiones, aut obiectiones aliquot, ac lata fuerit sententia, solet dubitari, possintne in examine causæ appellationis contra eosdem testes, aut in secunda instantia vitia aliue defectus obici ad eorum elidendum testimonium, fidemque repellendam? & sanè Andreas Isernia in constitut. Neapolitanis libro 2. constitutione vltima, numero 6. & Guido Papæ decisio. Delphinatus 500. tenentur, non esse admittendas in appellationis causa reprobationes testium, qui dixerit testimonium in prima instantia, & ante sententiam. Horum rationes facillime poterunt expendi: sed ea maxime vrgere videtur, quod ante sententiam data fuerit tacite, vel expresse dilatio ad reprobationem testium, vt constat in d. c. presentium: & in constitutionibus Regiis: & ideo qui intra eam dilationem non obiecit aduersus testes exceptiones, quas sibi competere existimabat, non est postea admittendus: cum fuerit finita dilatio exclusiua. Hoc ipsum amplius, ac fortius vrget, si consideremus dilationem ante sententiam dari ad reprobandum testes, qui tunc producti fuerint: atque item in appellationis cognitione alia denuo dari, ac repeti, ad opponendam exceptionem contra testes, qui tunc post appellationem testimonium dixerint: qua ratione constat opinionem istam iure veriore videri, eamque receptam fuisse in Neapolitano pretorio affuerat Mathæus de Afflict. in d. constitutione vlt. n. 13. quam opinionem seruari in regno Franciæ testatur Guido in d. q. 500. ex eo quidem quod appellatio restituat, ac reponat causam in eum statum, quo erat tempore litis contestationis l. per hanc. C. de tempo appella. c. cum Ioannes, de fide instr. notatur in l. ita demum, C. de procuratoribus, quæ quidem ratio non admodum iuuat, cum ad reprobationem testium ante sententiam productorum non sit quis admittendus post eam diem quæ tacite vel expresse à lege vel iudice datur ad id agendum, nec quidquæ referat, appellatum esse: siquidem ea appellatio vim habet quantum ad probationem iuris principalis, de quo in ea lite agitur, non autem quoad ea, quæ circa testes, aliaue accessoria, in primâ instantia fuerint tractata, & discussa: ex ratione tex. in clem. vlt. de appelland. Fel. in d. c. 1. de excep. col. 2. ex gl. in ibi adnotauit, posse post sententiam in causa appellationis opponi aduersus testes exceptiones etiam eas, quæ ante sententiam fuerunt obiectæ, nec tamen fuit probatio inducta, sed potius omiſsa.

Ego vero illud esse constitutissimum opinor, quod post sententiam in appellationis cognitione non poterunt obici defectus, aut vitia contra testes ante sententiam productos si velit quis id agere post testium publicationem, intra diem illum, qui datur ad reprobandos, ac notandos testes. Nam ea dilatio datur ad impugnandum testes productos in ipsa secunda instantia, quorum tunc publicatio fit, non autem ad eos reprobandos, qui ante sententiam fuerant producti, quorumque testimonia eo tempore sunt iuxta iuris ordinem publicata.

Deinde scio receptum esse apud hoc Granatense tribunal, posse in secunda instantia, post appellationem vel supplicationem proponi aduersus testes productos, & examinatos ante sententiam exceptiones & obiectiones in ipso tamen libello, quo grauamina sententiæ expliçantur, & exponuntur, vt tandem probatio fiat harum exceptionum intra dilationem datam ad ipsa grauamina probanda. Atque ita praxis admisit opinionem glo. Abb. & aliorum, quæ sic intellecta maximam æquitatem habet.

Sexto præ cæteris obseruare debent Practici, in hac Castellani regni republica, lege receptam esse canonistarum sententiæ, & opinionem, qua definitum est non esse in causa appellationis testes admittendos super eisdem interrogationibus & articulis, qui dati fuere ad testium examinationem in prima instantia ante sententiæ, nec super eisdem directo contrariis, extat etenim de hoc regia l. 4. tit. 1. lib. ord. [hodie l. 3. tit. 6. lib. 4. Recop.] & §. 26. in legibus de Madr. iure pontificio hoc aper-

tissime

tilime constitutum est in *cl. 2. de testibus*, quo in loco gloss. commemorat contentionem veterē inter canonicas, & iuris civilis interpretes, qui contrarium probare conati sunt non satis vrgentibus autoritatibus. Nam & canonicarum partem optime tutatur autoritas Iustiniani, dum rationem quandam præmittit in *auth. de testa. §. si vero deducens*. siquidem inibi prohibet testes recipi super eisdem articulis, & directo contrariis post publicationem: quemadmodum responsum est in *d. cl. 2. in priori eius parte*, & in *capit. fraternitatis de testibus*. vbi Ant. Imo. & Fel. column. 2. existimant adeo veram esse canonicarum opinionem, vt eadem in vtroque foro admittenda sit. Idem fateatur Lanf. in *cap. quoniam contra de probat. verb. testium. numer. 60.* qua in re illud est cauendum, non ex hoc censi prohiberi productionem testium super his, quæ fuerunt in prima instantia allegata: & tamen testes non fuerunt super his allegationibus examinati. Nam poterit quispiam in appellationibus causa testes producere ad probationem eorum, quæ ante sententiam allegauerit, & quæ sunt contraria his allegationibus directo, quas eius aduersarius in iudicium deduxerit, modo non fuerint testes de his interrogati, nec examinati secundum Car. Innoc. & Fel. *ms. 34. in cap. cum Ioannes de fide instr. per tex. ibi. & id fat est iuri consonum.*

Illud vero solet à quibusdam in discrimen adduci, sitne regia lex seruanda, & opinio item canonicarum in his causis & iudiciis, in quibus de Nobilitate agitur, quam Hispani dicimus Hidalguam: etenim consultus hac de re Cesar inuictissimus Carolus Quintus primus huius nominis Hispaniarum Rex, in totius Regni conuentu apud Madritium anno 1537. l. 124. [*hodie l. 17. titul. 11. libro 2. Recopilat.*] respondit simpliciter seruandam fore veterem legem regiarum ordinationum. ex quo quidem responso quibusdam visum est, totam controuersiam definitam fuisse, vt tandem, etiam in his causis omnino sit vetus lex ad vnguem seruanda: quibusdam vero placuit, adhuc controuersiam istam sub iudice quidem esse, nec responso Madritio definitam fuisse, cum illud tantum fuerit responsum à Rege quod vetus constitutio seruetur, quæ nihil de causis nobilitatis statuit, & sane si mentem, & proprium intellectum legis Madritiæ velimus expendere, constabit id ea fæctione institutum esse, vt etiam in hisce nobilitatis causis vetus constitutio seruetur, nec in his admittantur testes in secunda instantia super his interrogationibus & articulis, super quibus testes fuerunt ante sententiā examinati, nec super directo contrariis. tamen in hoc Regio Granatenfi pratorio contrarium passim admissum sit. Recipiuntur enim testes post sententiam primam, & examinantur super eisdem articulis, & directo contrariis, etiam si quidam ex Regiis auditoribus opinentur non omnino integram fidem adhibendam esse hisce testimoniis propter suspicionem, quæ vel corruptione, vel aliunde post publicationem testium iure præsumi potest & nihilominus potuit vsus forensis hinc originem ducere, quod causæ, ac controuersiæ super his nobilitatibus ad statum hominum pertinere videantur ob libertatem illam, quæ à muneribus personalibus, & indictorū ac superindictorū collatione nobilibus lege Hispana vere competit: causa autem Status libertatis inquam & ingenuitatis pares ferre censentur causis matrimonialibus. *l. non distinguemus. §. adem Iulianus. vbi gloss. ff. de arbit. in causa vero matrimoniali testes admittuntur post publicationem super eisdem articulis & directo contrariis, tex. & ibi Panormit. in capitul. sicut ex literis de sponsalibus. vbi gloss. vlt. Communiter recepta. text. opt. & ibi post alios Fel. in cap. series de test. idem Felin. in cap. fraternitatis. eo titul. numero. 9. post Socin. ibi numero. 64. Bald. in auth. nunc si heres. colum. 1. Cod. de litig. etiam si agatur de probando impedimento ad matrimonium impediendum, quod nondum contractum est gloss. & communis in capitul. 1. de consan. & affin. vortant Abb. & alii in cap. inuauit. colum. 2. de probat. idem erit & in causa monachatus. gloss. in cap. præsens. 20. quæst. 3. in verbo, patrem. cuius meminit Felin. in dict. cap. fraternitatis, num. 9. atque item in causa criminali secundum Soc. in eod. cap. fraternitatis numero. 80. sensit Bartol. in l. 1. §. vlt. num. 3. ff. de quæst. quibus equidem & multis similibus forsan persuaderi potuit ob causæ grauitatē, & maximū eius discrimē, posse recipi, & admitti testes super eisdem articulis, & directo contrariis post publicationē, & in appellationis examine: quod si foret in his regnis recepta opinio illa, quæ sequuti sunt iuris civilis interpretes, parū vrgeret huius rei difficultas. Nā & Bal. in c. 1. n. 12. de inuesti.*

si inter domi. & vasall. is oritur existimās sententiā Canonicarū errorē quenda esse: nihilominus testatur in curia Romana pronūciari sententiā absque testium publicatione, ne impediantur recepti, & examinatio testium post sententiā, & in causa appellationis super eisdem articulis, & directo contrariis.

Septimo sese nobis offert non inuitis quæstio: siquidem receptū est vsu forensi, non esse cogendos testes respondere de his, quæ aduersus eos obiciuntur ad eorum testimonium eludendum; & tamen verum est, non posse testes interrogari, nec ipsi teneri ad respondendum super his interrogationibus, per quas turpitudine ipsius testis detegitur, ex ratione tex. in c. quis aliquando. §. non tibi dico de panis. n. 1. de his vero ex quibus nulla constat ipsius testis turpitudine interrogari potest, & respondere tenetur: tunc constat ex gl. in c. querendam. 2. q. 1. gl. recte intellecta in cap. eam causam. in primo verbo, de causis de testibus quam Pan. & alii Frequenter Consensu sequuntur, vt asseruerunt. Fel. ibi n. 10. & Alex. in l. duo patroni. §. idem Iulianus. ff. de iureiur. col. vltim. Quamobrem ex officio iudicis passim interrogatur testis, an sit confanguineus, & cuius etatis sit poteritque interrogari: an sit inimicus litigantis, quia inimicitia potest contingere absque culpa, & turpitudine ipsius testis, secundum Ioan. Andr. Henr. Fel. & communem in c. inquisitionis. §. tertia de accusat. gloss. hoc sensu. Hinc igitur rationem habet quod praxi extat obseruatissimum: & deinde aperitur sensus gl. eiusque veritas in cap. 1. de excep. in ver. confess. quæ non satis constanter scribitur: stem posse interrogari an crimen commiserit, quod obicitur ad evertendam eius testimonii fidem: & addit, nusquam vidisse hoc sic mirum etenim non est, id non fieri: cum esset iniqua, & iniusta ea interrogatio, etiam si crimen sit publicum, vel sit ipse testis eius causa publica nota iniquis, quæ vulgo dicimus infamatum: quod ex Inno. in c. 2. de confess. quidam adnotantur, præsertim Imol. & Fel. n. 10. in d. cum causam. quod si nihilominus fuerit interrogatus & responderit, erit repellendus à testimonio. Bald. in d. §. adem Iulianus in si. Hen. Are. colum. 2. & alii in d. §. tertia. Hæc vero huiusce quæstionis resolutio deducitur ab ea conclusione, quæ palam theologi & iuris pontificis professores fatentur, & præmittunt asserentes, teneri quem iure diuino, & humano etiā de proprio crimine respondere, quoties iure fuerint interrogatus: alioqui posse responsum super fugere, & recusare: sic sane visum est Inn. in d. c. 2. de confess. & ibi Dd. Tho. 2. 1. q. 66. art. 1. & q. 76. art. 1. Dom. à Soto in relecti. de Secretis. memb. 2. q. 7. Martino Azpil. in c. inter verba. 11. q. 3. corol. 64. quam opinionem & nos probauimus lib. 1. Variar. Resol. c. 3. n. 2.

Octauo ex eo, quod diximus iudicē cōstanti, & cauto iudicio debere obseruare, quānā sit testis. fides adhibenda: oritur & illa dubitatio, nū possit iudex punire testē qui in eius testimonio ferendo aliquod crimen commiserit: nempe per iurium, falsitatem, aliudve simile: Nā in eo iudice qui habet in testē ipsum alioqui iurisdictionē ordinariā, satis est manifestū, posse ab eo puniri testē, qui vacillat, variat, aut falsum dixit in testimonio, is autē iudex, qui nullam testē iurisdictionē alioqui habet, adhuc poterit eadem punitione, tex. est celebris in l. nullū C. de testi. pertinere ad idē l. 2. & ibi Bal. C. de sponibus. l. si quis forte. §. si quis ff. de panis. Regia l. vlt. tit. 16. part. 3. etiam si sit iudex delegatus, quod probatur secundū Bar. & alios in d. l. nullū. & in c. super his de panis. not. gl. in Clem. 1. de offic. deleg. in gl. item in l. quæstio ff. de test. Bal. Abb. & Dec. in præterea. de off. deleg. Spec. tit. de test. §. 1. vers. quid de delegato. quibus obicitur tex. in Idibus Pius. ff. de falsis. & ibi Bart. ex quo Iurisconsulti loco probatur quibusdā, hæc incidentia crimina in iudicio non posse puniri ab eo, qui iurisdictionem alioqui non habet ordinariā. Quamobrē sunt qui censent, priorem sententiam veram esse in delegato principis. Posteriorē vero in delegato inferioris à principe. quæ distinctione vti fuerit Pan. & Anania in c. 1. de crimine falsi. col. pen. Fel. in c. præterea. de off. deleg. Iaf. in l. 1. §. qui mandatam. ff. de off. iur. col. pen. est. in d. Iuris. col. pen. & est hæc distinctio frequentiori suffragio iuris vtriusq. Interpretū recepta, cuiusq. primus auctor fuit Ioan. And. in additionibus ad Spec. in d. §. 1. vers. quid de deleg. qui eā in hūc sensum accepit, vt delegatus inferioris à principe nullo modo valeat testē in hac specie punire, sed teneatur testē puniendū ablegare, & mittere ad iudicē ordinariū. Non me latet, Iaf. in d. §. qui mandatam non satis expresse hæc distinctionem tradidisse: immo apparet, maxime dubium esse in huius quæstionis definitione, sicuti & post eum Iaf. eob. de Nigris ibidem anxie dubitat, & tamen quia

Iason fere vltimo loco Ioan. And. opinionem retulerit, eū huiusce distinctionis auctore retuli. Quo fit, vt delegatus principis punire possit hoc crimen non iudicio, nec pœna ordinaria, sed extraordinaria tantum, quippe qui obiter, & incidenter valeat hanc punitionem exercere. Sunt tamen qui & in quocunque delegato, etiam inferioris a principe, opinentur, posse admitti quo ad pœnam extraordinariam priorem sententiam, cuius opinionis auctores libenter ipse fecerim, & adduxerim eos, qui priorem partem secuti sunt, & Salyc. in d. l. nullum. Fulg. & Cur. Iuniorum. nu. 14. in d. §. qui mandatum. quorum sententiam veram esse censere in eo delegato, qui non haberet iurisdictionem ita restrictā, vt sit interdicta punitio criminalis. Nam vbi delegatus sic datus sit, vt nullam habeat puniendi crimina potestatem, profecto non poterit is punire testem huius criminis reum: atque ita forsan est accipiendus locus iuriconsulti in d. l. diuus Pius. quemadmodum voluerit Angel. in l. quoties. C. de iud. & Hipp. in l. 1. §. prater ea. nu. 34. ff. de scis. Igitur delegatus a principe poterit quo ad pœnam extraordinariam vt hac punitione, quæ conceditur, & permittitur ab imperatore in d. l. nullum. & idem erit, vt quidam opinantur in delegato inferioris a principe, modo non sit ei interdicta criminalis punitio. Sed & locus erit huic opinioni, etiā si testis sit speciali priuilegio exemptus à iurisdictione illius iudicis, coram quo testificatur. quod Fel. scribit in c. verū col. 3. de foro comp. ex ratione text. in c. 1. de priuileg. in 6. modo testis non sit clericus, & ecclesiasticæ iurisdictioni ratione ordinis subditus: hic etenim non poterit à seculari iudice puniri etiam si coram eo inferendo testimonio crimen commiserit, sic sane autoritate illius generalis constitutionis, quæ traditur in cap. si diligenti de foro comp. & in c. 1. de cler. coniug. in 6. tenuerunt Innoc. Hostien. Ioan. Andr. Anto. Panor. in nu. 18. Felin. in col. 3. post. alios in d. c. verum. Paul. Gastren. in d. l. nullum. Ioan. Bernardus pract. crimin. c. 87. Ias. in d. §. qui mandatum. col. pen. & Dd. in c. dicitur de penis. & in c. 2. de crimin. falsi. Quorum Opinio Communis est, vt fatetur eam sequutus Matth. de Afflict. de c. 238. col. 1. eandem sequitur Bart. in l. diuus Pius. ff. de falsi, etiam si gl. Cyn. Bald. & Salic. in d. l. nullum. Fred. conf. 93. contraria opinio fuerit professi, eamque seruari & passim admitti apud Gallos asseueret Guliel. Benedicti. in c. Episcopus de testam. in verb. & vxorem nominis Adeliam n. 434. Scribit tamen Freder. pœnani, quæ tunc sit clerico inferenda, si de corporis distractione tractetur: non posse per laicum iudicem executioni tradi; & ideo eandem executionem Episcopo delegandam.

Sed & hac in re Matth. de Afflict. in Neapoli. decis. 119. tradit in Regio illius regni pratorio definitum fuisse, cum apud ecclesiasticum iudicem laicum quidem falsum testimonium dixisset in causa matrimoniali, locum esse præuentioni, ac potuisse iudicem secularem huius criminis punitionem exequi, si in cognitione delicti iudex laicus prauenerit ecclesiasticum, qui non poterit in hac specie inhibere laicum huius criminis cognitione, & punitione, cuius decisionis auctorem citat Bald. in d. l. nullum. col. 2. & in d. l. 1. col. vlt. C. quom. & quando iudex. qui satis abest ab huius controuersie definitione. Nam in dicit l. nullum. tractat de duob. iudicibus diuersi fori. quorum vnus ex commissione alterius testem examinauerat, & nihilominus ipse opinor verum esse præcatam decisionem in hunc sane sensum, vt iudex ecclesiasticus nō possit inhibere laicum iudicem iam præuenientem huius criminis punitione, licet etiam ipse valeat quo ad pœnam extraordinariam procedere contra ipsum testem: quod ipse Matth. de Afflict. fatetur in d. decis. 219. quasi viri illi doctissimi, qui illius decisionis auctores fuere, palā senserint, posse iudicem ecclesiasticū inhibere laicum hac cognitione, quoties ipse ecclesiasticus præoccupauerit huius incidentis criminis examinationem.

Illud vero existimo non esse dubitatione dignum, quod potest contingere, vbi testis clericus falsum apud iudicem secularem dixerit, nullo modo debere admitti inhibitionem iudicis ecclesiastici quo ad examinationem & cognitionem, ac definitionem causæ principalis, quæ apud iudicem secularem tractatur. Hæc etenim erit definienda à iudice laico: nec eius examen suspendi debet propter causam, quæ ab ecclesiastico iudice super punitione falsi testimonii aduersus clericum testem expeditur & examinatur. quod Bald. notat in l. 1. col. vlt. C. quom. & quando iudex. & eleganter Fred. conf. 93. incip. Falsum, quod proponitur. quin & ipse iudex

laicus ad effectum pronuntiandi sententiā iustam in ipsa principali causa, & lite, poterit plane cognoscere, an clericus falsum dixerit testimonium: quod omnes fatentur.

CAPVT XIX.

De instrumentorum fide traduntur multa, quæ cum practicis, tum theoreticis erunt fortasse conducibilia.

SUMMARI A.

1. Originale & Authenticum, qua in significatione, hæc in parte accipiuntur.
2. Protocolum quid sit, & unde originem habuerit, & inibi de matricibus, ac matriculis.
3. Instrumenti publici fides, an periclitetur ex eo quod Protocolum non inueniatur.
4. Exemplar, quoniam modo differant.
5. Tabellionis officium, an sit vtile, & an infamis possit illud obtinere.
6. Spiritus potestis esse Tabellionis & Decurio.
7. Nobilis huiusmodi in tabellionis officio constitutus, & eo frangens, non cogitur eam potestatem contribuere in regalibus suis.
8. Clerici & monachi, an possint esse tabelliones.
9. Prima & potissima autoritas instrumenti ex eo deducitur, quod eius auctor fuerit à principe Tabellio constitutus.

His, qui judicialibus controuersis in struendis & definiendis operam dare conantur, frequentissime obuium est, quam fides iure scripturis & instrumentis data sit, & quam forma in eisdem vt debeant ad auctoritatem, & fidem conciliandam, vt iudicibus persuaderi possit vera esse, quæ hæc passim enunciantur. Idcirco non grauabor, imo facturum me operæ pretium existimo, si quædam hac de re paucis tradidero, quæ possint esse cõpendio ad huius tractatus praxim & examen, de quibusdam dictionibus vti maxime receptis aliquot premittem. Passim etenim mentio fit instrumenti originalis præsertim à glossam l. 2. de si. in iur. Dicitur autem originale instrumentū ipsa prima scriptura, quasi origo sit ipsius actus, & omnium exemplarium, quæ inde deduci, ac traduci possunt: quod probatur in c. de fid. instr. & aliis multis in locis, maxime in d. l. 2. ff. eod. tit. l. 4. & l. Pomp. ff. fam. her. c. c. ieiunium. 76. dist. tametsi nullibi mentio huius dictionis fiat, quam in hac significatione communis recepti vsus. Tertul. equidem lib. de carne Christi, originalia instrumenta appellat ea testimonia, quæ probant Christi, quo ad humanam & veram carnem, originem. ita enim inquit: His opinor consiliis tot originalia instrumenta Christi delere Marcion ausus est, ne caro eius probaretur. Hæc Tert. Sed & originale instrumentum, dicitur scriptura authentica. in d. c. 1. & in d. l. 2. de si. instr. atque in his locis, quæ modo adduximus: ea profecto ratione, quod Authenticum dicatur id, quod ipsiusmet auctoris sit, & ab eomet auctoritate habeat, nō aliunde: scilicet explicat optime Guliel. Bud. in commentariis lingua Græca, fol. 683. Quæ ratione Authenticum significat quod certum auctorem habet, & idcirco instrumenta authentica dicuntur illa, quæ certam ac iustam auctoritatem ac fidem habent, nempe ipsiusmet certi auctoris. sic Cicero epist. ad Attic. 187. lib. 9. & rursum l. 10. epist. 200. vsus est aduerbio *αὐθεντικῶς* quasi ex certa fide certoque auctore. Nam authentēs, Græce *αὐθεντικῶς* idem quod Latine Auctor significat. tametsi Theod. Gaza asseueret in lib. de mensib. veteres Latinos non fuisse vsos hac dictione secundum hanc significationem, quæ quidem huius dictionis propria est, vt ea significetur is, qui propria manu aliquid patrauerit ac fecerit, & tamen ipse Budæ. & Alciat. lib. 2. parerg. c. 46. probare conantur ex Cicero. & aliis maxime Iuriscos. etiam apud veteres eam significationem receptā fuisse, vt authenticum dicatur, quod certam fidem & auctorem habet. idcirco dicimus Iustiniani novellas authenticas, quod certā fidem habeant, & sint ex ipsomet Græco originali ad litteram traductæ. Igitur authenticum instrumentum ex prima, & proprio interpretatone dicitur ipsum originale, quod sit ipsiusmet primi auctoris. ab eoque ac non aliunde fidem habens. Deinde dicitur etiam authenticum instrumentum omne illud, quod certam, & indubitam habet fidem.

Hinc denique deducitur vera interpretatio text. in d. l. 2. & in c. 1. de fid. instr. Nam licet multoties exempla fidem faci-